

LATIN
9428
1512 - II

Sup. XXX 270

Supplt l. 645.



KL· NOUB· FESTIUITAS OMNIU SCORUM·

Omps sempiterne ds qui nos omnium scoru tuoru
merita sub una tribuisti celebritate uenerari·
qs ut desideratam nobis tue propitiationis
abundantiam multiplicatis intercessionibus
largiaris· p SECRETA·

Munera tibi dne nrae deuotionis offerim· que & p
cunctoru tibi grata sint honore iustoru· & nob
salutaria te miserante reddant· p PRAEFAT·

Vd usq; aetne ds· Clementia tua suppliciter obsecran
tes ut cu exultantib; scis in celestibus regni
cubilibus gaudia nra coniungas· et quos uirtutis
imitatione n possumus sequi· debite uenerationis
contingamus affectu· p xpm· AD COMPLEND·

Da qs dne fidelib; populis omniu scoru semp uene
ratione laetari· & eoru pp&ua supplicatione
muniri· p AD POPULUM·

Omps sempitne ds qui nos omniu scoru tuoru multi
plici facis celebritate gaudere· concede qs ut sicut

BIBLIOTHÈQUE NATIONALE

illorū comemoratione temporali gratulamur officio·
ita pp&uo laetemur aspectu· p d·

EODE DIE NATL SCI CESARII MARTYR·

DS qui nos beati martyris tui caesarii annua sollempni
tate letificas· concede propitius ut cuius natalitia coli
m· etiā actiones imitem. p·   SECRETA·

Hostias tibi dne beati caesarii martyris tui dicatas meri
tis benignus assume· & ad ppetuū nob tribue pue
nire subsidium· p·   AD COMPLEND·

Q's omps ds· ut qui caelestia alimenta pcepimus· int
cedente beato caesario martyre tuo p hęc contra
omia aduersa muniamur· p d·

INCIPIT ORDO DE SACRIS ORDINI
BUS BENEDICENDIS.

OSTIARIUS CUM ORDINATUR POST
QUAM AB ARCHIDIACONO INSTRUC
TUS FUERIT QUALITER IN DOMO DĪ
DEBEAT CONUERSARI AD SUGGESTIO
NĒM ARCHIDIACONI TRADAT EI EPS̄
CLAUES ECCLESIAE DE ALTARIO DICENS.
SIC AGE QUASI RATIONĒ REDDITURUS DŌ
PRO HIS REBUS QUAE QUE ISTIS
CLAUIBUS RECLUDUNTUR ET TRADAT
EI DIACONUS OSTIUM ECCLESIAE.

BENEDICTIO OSTIARII.

Dm̄ patrem omnipotentem suppliciter
deprecamur. ut hunc famulum suum illū [et hos famulos suos illos]
benedicere dignetur. quem [quos] in officium
hostiarii eligere dignatus est. ut sit ei [eis] fide
lissima cura in diebus ac noctibus. ad distinc
tionem horarum certarum. ad inuocandum
nomen dn̄i. p̄ dn̄m nr̄m ihm xp̄m filium suum. qui

BIBLIOTHEQUE NATIONALE

cum eo uiuit et regnat ds in unitate sps sci. per
omnia secula seculorum.

BENEDICTIO EIUSDEM

Dne sce pater omnipotens aeterne ds. bene
dicere digneris hunc famulum tuum illum. (hos famulos tuos. illos.)
ostiarium. ut inter ianitores ecclesiae pareat (ostiarios. pareant)
obsequia. et inter electos tuos partem tuae
mereatur habere mercedis. per dnm nostrum.

ORDINATIO LECTORIS

LECTOR CUM ORDINATUR FACIAT DE ILLO
UERBUM EPS AD PLEBEM INDICANS EIUS FIDE
AC UITAM ATQ INGENIUM. POST HAEC EXPEC
TANTE PLEBE TRADAT EI CODICEM DE QUO LEC
TURUS EST DICENS. ACCIPE ET ESTO UERBI DI
RELATOR HABITURUS SI FIDELITER ET UTI
LITER IMPLEUERIS OFFICIUM PARTEM CUM
HIS QUI UERBUM DI MINISTRAUERUNT TE
HABERE SCITO. ELIGUNT TE FRS TUI
UT SIS LECTOR IN DOMO DI TUI ET AG
NOSCAS OFFICIUM TUUM UT IMPLEAS ILLUD.

POTENS Ē ENIM DŌS UT AUGEAT TIBI GRATIĀ

BENEDICTIO LECTORIS.

Dñe sce pater omnipotens aeterne ds̄. be
hos · hos famulos · illos.
nedicere digneris hunc famulum tuum illū
in officium lectoris. ut assiduitate lectionū
distincti · ornati · dicant.
distinctus atq; ornatus. et agenda dicat. et
cōpleant.
dicta opere compleat. et in utroq; scae ec
cōsulant.
clesiae consulat. per dnm nostrum. ORDINATIO EXORCISTE.

EXORCISTA CUM ORDINATUR ACCIPIAT
DE MANU EPI LIBELLUM IN QUO SCRIP
TI SUNT EXORCISMI DICENTE SIBI EPO.
ACCIPE ET COMMENDA MEMORIAE
ET HABETO POTESTATEM INPONENDI
MANUM SUPER ENERGUMINŪ
SIUE BAPTIZATŪ SIUE CATICUMINUM.

PRAEFATIO EXORCISTAE.

Dm̄ patrem omnipotentem supplices depre
hos · los · os. · illos.
camur. ut hunc famulum suum illum benedi
cere dignetur in officium exorcistae. ut sit
spiritalis imperator ad abiciendos demones.

decorporibus obsessis cum omni nequitia eorum
multiformi per dominum nostrum ihesum xpistum filium suum qui cum
eo uiuit et regnat deus in unitate spiritus sancti per omnia saecula.

BENEDICTIO EXORCISTAE

Domine sancte pater omnipotens aeterne deus. benedi
cere digneris hunc famulum tuum illum in offici
um exorcistae. ut per inpositionem manuum et
oris officium eum eligere digneris. ut imperium
habeat spirituum inmundorum cohercendi. et
probabilis sit medicus ecclesiae gratiae curatio
num uirtute confirmatus. per dominum nostrum.

AD ORDINANDUM ACOLITUM

ACHOLITUS CUM ORDINATUR PRIMUM AB
EPISCOPO DOCEATUR QUALITER IN OFFICIO SUO
AGERE DEBEAT. SED AB ARCHIDIACONO ACCI
PIAT CEROFERARIUM CUM CEREO UT SCIAT SE
AD ACCENDENDA ECCLESIAE LUMINARIA MANCI
PARI ACCIPIAT ET URCEOLUM UACUUM AD FUN
DENDUM UINUM IN EUCHARISTIA CORPORIS XPISTI

BENEDICTIO ACOLITI.

Omnipotens sempiterne ds· fons lucis et origo boni
tatis qui per ihm xpm filium tuum lumen uerum
mundum illuminasti· eiusq; passionis mysterio
redemisti· benedicere dignare hunc famulum tu
um illum quem [quos] in acoliti officium consecramus·
poscentes tuam clementiam· ut eius mentem et
lumine scientiae illustres et pietatis tuae rore
inriges· ut ita perceptum ministerium te auxi
liante peragat· qualiter ad aeternam remune
rationem peruenire mereatur· p eundem dnm·

ORDO QUALITER IN ROMANA ECCLA SUBDI
ACONI· DIACONI· PRBI ORDINANDI SUNT·

MENSIS PRIMI· QUARTI· SEPTIMI ET DECIMI·
SABBATORU DIE IN DUODECIM LECTIONIBUS
AD SCM PETRUM UBI MISSAE CAELEBRAN
TUR· POSTQUA ANTIPHONA AD INTROITU
DIXERINT DATA ORATIONE ADNUNTIAT
PONTIFEX POPULO DICENS·

Auxiliante dno do et saluatore nostro ihu xpo
Iterum dicat· Auxiliante dno do et saluatore

nostro ihū xpō · Eligimus in ordine subdia
conu · uel diaconu · siue presbiteru · illum
subdiaconum · siue diaconum de titulo illo ·
illum presbiterum uero de titulo illo · Si quis
autem habet aliquid contra hos uiros · pro dō
et propter dm̄ cum fiducia exeat et dicat ·
uerumtamen memor sit communionis suae;
Et post modicum interuallum · mox incipi
unt omnes kyrieleison cum laetania ·
hac expleta · ascendunt ipsi electi ad se
dem pontificis · et benedicit eos ad quod
uocati sunt · Et descendentes · stant in
ordine suo benedictione percepta ·

QUANDO ORDINANDI SUNT SUB
DIACONI DIACONI ET PRES
BITERI DICIT EPISCOPUS
CAPITULUM SCI GHREGORII ·

Sicut qui inuitatus rennuit quaesitus refugit
sacris est altaribus remouendus sic qui ultro

ambit uel inportunus se ingerit est procul du
bio repellendus. Nam qui nititur ad altiora
conscendere quid agit nisi ut crescendo decres
cat. Cur non perpendit quia benedictio
illi in maledictum conuertitur quia ad hoc ut
fiat hereticus promouetur.

SUBDIACONUS CUM ORDINATUR
QUIA MANUS INPOSITIONEM NON
ACCIPIT PATENAM DE MANU E
PISCOPI ACCIPIAT UACUAM ET CA
LICEM UACUUM. DE MANU ARCHI
DIACONI ACCIPIAT URCEOLUM CU
AQUA MANILE AC MANUTERGIUM.
ET EXHIBEATUR IN CONSPECTU
EPI PATENA ET CALIX UACUUS ET
DICAT EPISCOPUS.

Uide cuius ministerium tibi traditur. Et ideo si
fuistis. tardi.
usq: nunc fuisti tardus ad ecclesiam amodo
debetis. assidui. ti.
debes assiduus esse. Si usq: nunc somnolentus.
uigiles. si.
amodo uigil. Si usq: nunc hebriosus amodo

sobrius [sobrii]. Si usque nunc inhonestus [honesta] amodo castus [casta].
Oblationes quae ueniunt in altari. panes pro
positionis appellantur. De ipsis oblationibus
tantum debet in altario poni. quantum popu
lo possit sufficere. ne aliquid putridum in
sacrario remaneat. pallae uero quae sunt
in substratorio in alio uase debent lauari.
in alio corporales pallae. Ubi pallae corpo
rales lauatae fuerint. nullum linteamen
ibidem aliud debet lauari. ipsa aqua in bap
tisterio debet uergi. Ideo te ammoneo. ut ta
lem te exhibeas. ut deo placere possis. Et
tradat ei calicem et patenam.

## ORATIO AD SUBDIACONUM ORDINANDUM.

OREMUS dilectissimi deum ac dominum nostrum. ut super seruum suum [seruos]
illum quem [quos] ad subdiaconatus officium uocare
dignatus est. infundat benedictionem et gratiam
suam. ut in conspectu suo [eorum] fideliter seruiens [seruientes] prae
destinata sanctis praemia consequatur [n] per dominum nostrum
iesum christum filium suum. qui cum eo uiuit et regnat deus

In unitate sp̄s s̄c̄i p̄ omnia s̄c̄la seculorum·

## BENEDICTIO SUBDIACONI

Domine s̄c̄e pater omnipotens aeterne d̄s̄· benedice-
re digneris famulum [famulos suos] tuum hunc [hos] quem [quos] ad subdi-
aconatus officium eligere dignatus es· ut eum [eos]
sacrario tuo s̄c̄o strenuum [strenuos] sollicitumq; [sollicitosq.] caelesti
militiae instituas· et s̄c̄is altaribus fideliter sub-
ministret [n]· et requiescat super eum [eos] sp̄s sapientiae
et intellectus· sp̄s consilii et fortitudinis· sp̄s sci-
entiae et pietatis· repleas eum [eos] sp̄u timoris tui· et
eum [eos] ministerio divino confirmes· ut oboediens [entes]
facto atq; dicto parens [tes]· tuam gratiam consequan-
tur· per d̄n̄m·

## ORATIO AD ORDINANDŪ DIACONŪ

Oremus dilectissimi d̄m̄ patrem omnipotentem· ut
super hos famulos suos quos in sacrum ordinem
diaconatus dignatur assumere· benedictionis
suae gratiam clementer infundat· eisq; donum
consecrationis indulgeat per quod eos ad praemia
aeterna perducat· per d̄n̄m nostrum ih̄m xp̄m

filium suum qui cum eo uiuit et regnat ds in uni
tate sps sci per omnia secula seculorum · ALIA

Exaudi dne preces nostras · et super hos famulos
tuos spm tuae benedictionis emitte · ut caeles
ti munere ditati · et tuae gratiam possint ma
iestatis adquirere · et bene uiuendi aliis ex
emplum praebere · per dnm nostrum ·

CONSECRATIO

Adesto qs omnipotens ds · honorum dator ordi
num distributor officiorumq; dispositor · qui
in te manens innouas omnia · et cuncta dispo
nis per uerbum uirtutem sapientiamq; tuã
ihm xpm filium tuum dnm nostrum sempiter
na prouidentia preparas · et singulis quibusq;
temporibus aptanda dispensas; Cuius corpus ec
clesiam tuam caelestium gratiarum uarietate
distinctam · suorumq; conexam discretione mẽ
brorum · per legem mirabilem totius compagis
unitam · in augmentum templi tui crescere di
latariq; largiris · sacri muneris seruitutem;

trinis gradibuſ miniſtrorum nomini tuo milita
re conſtituenſ · electiſ ab initio leui filiiſ qui myſ
ticiſ operationibuſ domuſ tuae fidelibuſ excubiiſ
permanenter · hereditatem benedictioniſ ae
terne ſorte perpetua poſſiderent ſuper hoſ
quoq; famuloſ tuoſ qſ dne placatuſ intende · quoſ
tuiſ ſacrariiſ ſeruituroſ · in officium diaconii
ſuppliciter dedicamuſ · Et noſ quidem tamquā
homineſ diuini ſenſuſ · et ſummae rationiſ igna
ri · horum uitam quantum poſſumuſ aeſtimamuſ ·
Te autem dne ea quae nobiſ ſunt ignota non tran
ſeunt · te occulta non fallunt · tu cognitor ſe
cretorum · tu ſcrutator eſ cordium · tu eorum ui
tam caeleſti poteriſ examinare iudicio · quo
ſemper preualeſ · et commiſſa purgare · et ea
quae ſunt agenda concedere · Emitte in eoſ
dne qſ ſpm ſcm · quo in opuſ miniſterii fideliter
exſequendi · ſeptiformiſ gratiae munere ro
borentur · Abundet in eiſ totiuſ forma uirtutiſ ·
auctoritaſ modeſta · pudor conſtanſ · innocen

tiae puritas· et spiritalis obseruatio disciplinę·
In moribus eorum precepta tua fulgeant· ut eo
rum castitatis exemplo imitationem scā plebs
adquirat· et bonum conscientiae testimonium
proferentes in xp̄o firmi· et stabiles perseue
rent· dignisq: successibus de inferiori gradu
per gratiam tuam capere potiora mereantur· p·

ORATIO AD ORDINANDOS PRB̄OS

Oremus dilectissimi dn̄m patrem omnipotentem
ut super hos famulos suos quos ad presbiterii mu
nus elegit caelestia dona multiplicet· per dn̄m
nostrum ihm̄ xp̄m filium suum qui cum eo uiuit·

ALIA

Exaudi nos qs̄ dn̄e ds̄ noster· et super hos famulos
tuos benedictionem sc̄i sp̄s· et gratiae sacerdo
talis effunde uirtutem· ut quos tuae pietatis
aspectibus offerimus consecrandos perpetua
muneris tui largitate prosequaris· per dn̄m·

CONSECRATIO

DN̄S UOBISCUM ET CUM SP̄U TUO

SURSUM CORDA R̄ HABEMUS AD DN̄M
GRATIAS AGAMUS DN̄O DO̅ NOSTRO
R̄ DIGNUM ET IUSTUM EST·

VD AEQUUM ET SALUTARE NOS TIBI
SEMPER ET UBIQ: GRATIAS AGE
RE· DN̄E SC̄E PATER OMNIPOTENS
aeterne ds̄· honorum auctor· et diſtributor
omnium dignitatum· per quem proficiunt uni
uerſa· per quem cuncta firmantur· amplifica
tiſ ſemper in meliuſ naturae rationaliſ incremen
tiſ· per ordinem congrua ratione diſpoſitum;
unde et ſacerdotaleſ graduſ atq: officia leuita
rum ſacramentiſ myſticiſ inſtituta creuerunt;
ut cum pontificeſ ſummoſ regendiſ populiſ praefe
ciſſeſ· ad eorum ſocietatiſ et operiſ adiumentum
ſequentiſ ordiniſ uiroſ· et ſecundae dignitatiſ eli
gereſ· Sic in heremo per ſeptuaginta uirorum
prudentium menteſ moyſi ſp̄m propagaſti· qui
buſ ille adiutoribuſ uſuſ in populo· innumeraſ mul
titudineſ facile gubernauit· Sic in eleazaro et

ithamar paternae plenitudinis habundantiā
transfudisti · ut ad hostias salutares et frequen
tioris offitii sacramenta ministerium sufficeret
sacerdotum · hac prouidentia dn̄e apostolis filii
tui doctores fidei comites addidisti · quibus illi or
bem totum secundis praedicatoribus impleuerunt ;
quapropter infirmitati quoq; nostrae dn̄e haec
adiumenta largire · qui quanto magis fragilio
res sumus · tanto his pluribus indigemus · Da q̄s. sūme
pater in hos famulos tuos presbiterii dignitatem ·
innoua in uisceribus eorum spm̄ s̄citatis · acceptum
a te ds̄ secundi meriti munus optineant · censuraq;
morum exemplo illorum conuersationis insinuent ·
sint probi cooperatores ordinis nostri · eluceat in
eis totius forma iustitiae · ut bonam rationem dis
pensationis illis creditae reddituri aeternae be
atitudinis premia consequantur · per dnm̄ nrm̄ ·

ORATIO AD ORDINANDOS EPOS

Propitiare dn̄e supplicationibus nostris omnipo
tens ds̄ · et quod humilitatis nostrae gerendum

eſt miniſterio · tuae uirtutiſ impleatur effectu p ·

ALIA

Actioneſ noſtraſ qſ dne · et aſpirando praeueni et
adiuuando proſequere · ut cuncta noſtra opera
tio et a te ſemper incipiat · et per te cepta fini
atur · p dnm noſtrũ ihm xpm filium tuum ·

CONSECRATIO ·
PER OMNIA SCLA SCLORU · R · AM ·
DNS UOBISCUM ·
R ET CUM SPU TUO ·
SURSUM CORDA ·
R HABEMUS AD DNM ·
GRATIAS AGAMUS
DNO DO NOSTRO
R DIGNUM ET IUSTUM EST ·

VERE

DIGNŪ ET IUSTŪ EST

AEQUUM ET SALUTARE ·

NOS TIBI SEMPER ET UBIQ:

GRATIAS AGERE DÑE SCĒ

PATER OMNIPOTENS AETERNE ·

DS honorum omnium DS omnium dignitatum ·
quae gloriae tuae sacratis famulantur ordi
nibus DS qui moysen famulum tuum secreti
familiaris affatu inter cetera caelestis docu
menta culturae · de habitu quoq: indumenti
sacerdotalis instituens · electum aaron mys
tico amictu uestiri inter sacra iussisti · ut in
tellegentiae sensum de exemplis priorum ca
peret secutura posteritas · ne eruditio doc
trinae tuae ulli deesset aetati · Cum et
apud ueteres reuerentiam ipsa significati
onum species optineret · et apud nos certio
ra essent experimenta rerum quam enig
mata figurarum · Illius namq: sacerdotii
anterioris habitus · nostrae mentis ornatus
est · et pontificalem gloriam non iam nobis
honor commendat uestium · sed splendor
animarum · Quia et illa quae tunc carna
libus blandiebantur optutibus · ea potius
quae in ipsis erant intellegenda poscebant ·

Et idcirco huic famulo tuo quem ad summi sacerdotii ministerium elegisti. Hanc qs dne gratiam largiaris. ut quicquid illa uelamina in fulgore auri. in nitore gemmarum. in multimodi operis uarietate signabant. hoc in eius moribus actibusq; clarescat. Adesto etiam dne supplicationibus nostris complens in sacerdote tuo mysterii tui summam. et ornamentis totius glorificationis instructum. Inclinato super hunc famulum tuum cornu gratiae sacerdotalis. benedictionis tuae in eo effunde uirtutem. caelestis eum unguenti flore scificans. Hoc dne copiose in eius caput influat. Hoc in oris subiecta decurrat. Hoc in totius corporis extrema descendat. ut tui spiritus uirtus. et interiora eius repleat. et exteriora circumtegat. Habundet in eo constantia fidei. puritas dilectionis. sinceritas pacis. Tribuas ei cathedram episcopalem ad regendam ecclesiam tuam et plebem uniuersam. Sis ei auctoritas. sis ei firmitas.

ſit poteſtaſ. Multipliceſ ſuper eum benedic
tionem et gratiam tuam. ut ad exorandam
miſericordiam tuam tuo munere ſemper ido
neuſ. tua gratia poſſit eſſe deuotuſ. per dnm
noſtrum ihm xpm filium tuum qui tecum uiuit
et regnat dſ in unitate ſpſ ſci. per omnia ſe
cula ſeculorum. AMEN.

SUPER OBLATA.

Haec hoſtia dne qſ emundet noſtra delicta. et
ſacrificium caelebrandum. ſubditorum tibi
corpora menteſq; ſcificet. per dnm noſtrum.

INFRA ACTIONEM

Hanc igitur oblationem ſeruitutiſ noſtrae. ſed
et cunctae familiae tuae quam tibi offerimuſ
etiam pro famulo tuo illo. quem ad epiſcopa
tuſ ordinem promouere dignatuſ eſ. qſ dne ut
placatuſ accipiaſ. et propitiuſ in eo tua dona
cuſtodiaſ. ut quod diuino munere conſecutuſ
eſt diuiniſ effectibuſ exſequatur. dieſq; noſtroſ
in tua pace diſponaſ. et cetera.

AD COMPLENDUM.

Haec nos communio dne purget a crimine. et caelestis remedii faciat esse consortes. p dnm nrm ihm xpm filium tuum qui tecum uiuit et regnat ds in unitate spus sci per omnia secula seculorum. AMEN.

PER OMNIASCLASCLORU

R AMEN

DNSUOBISCUM

R ETCUMSPUTUO

SURSUMCORDA

RHABEMUSADDNM

GRATIASAGAMUSDNODONRO

RDIGNUETIUSTUMEST

VERE DIGNUM ET
IUSTUM EST AE
QUUM ET SALU
TARE NOS TIBI
SEMPER ET UBIQ:
GRATIAS AGERE
DNE SCE PATER
OMNIPOTENS AETER
NE DS PER XPM DNM
NRM PER QUEM MAIES
TATE TUAM LAUDANT
ANGELI ADORANT DO
MINATIONES TREMUNT
POTESTATES CAELI CAE
LORUMQ: UIRTUTES AC
BEATA SERAPHIM SOCIA
EXULTATIONE CONCELEBRAN
CUM QUIBUS ET NOSTRAS
UOCES UT ADMITTI IUBEAS
DEPRECAMUR SUPPLICI
CONFESSIONE DICENTES·


SCS SCS SCS DNS DS
SABAOTH PLENI SUNT
CAELI ET TERRA
GLORIA TUA OSAN
NA IN EXCEL SIS BENEDIC
TUS QUI VE NIT IN NO
MINE DNI OSANNA IN EXCELSIS


TE IGITVR

CLE
MEN
TIS
SME

PATER

PER IHM

XPM FILIVM

TVVM DNM NRM

SUPPLICES ROGAMUS ET PETI
MUS UTI ACCEPTA HABEAS
ET BENEDICAS + HAEC DONA HAEC
MUNERA· HAEC SCA SACRIFICIA
INLIBATA· IN PRIMIS QUAE TIBI OF
FERIMUS PRO ECCLESIA TUA
SCA CATHOLICA· QUAM PACIFI
CARE CUSTODIRE ET ADUNARE
ET REGERE DIGNERIS TOTO
ORBE TERRARUM UNA CUM
FAMULO TUO PAPA NOSTRO ILL

& rege nro & omnib; ortodoxis atq; catholicę & apostolicę fidei cultorib;

MEMENTO DNE FAMULORUM
FAMULARUMQUE TUARUM
ET OMNIUM CIRCUMSTANTI
UM QUORUM TIBI FIDES COG
NITA EST ET NOTA DEUOTIO
QUI TIBI OFFERUNT HOC SA
CRIFICIUM LAUDIS PRO SE
SUISQUE OMNIBUS PRO RE
DEMPTIONE ANIMARUM

eorū quoq· qui nri memoriā habent in conspectu clementissime diuinitatis tuę· quor etiā speciē· aut nomina mente contēplamur t uoce depmimus atq· cunctorū quorū petitiones beneficiaq· depcandi te dni immensū quocūq; affectu suscepimus

p quib; tibi offerim· t

suarum pro spe salutis
et incolomitatis suae tibi
reddunt uota sua aeterno
do uiuo et uero.
Communicantes et memo
riam uenerantes in pri
mis gloriosae semper uir
ginis mariae genetricis di
et dni nostri ihu xpi. sed
et beatorum apostolorū
ac martyrum tuorum pe
tri. pauli. andreae. iacobi
iohannis. thomae. iacobi
philippi. bartholomei. ma
thei. symonis et taddei.
lini. cleti. clementis xys
ti. corneli. cypriani. lau
renti. chrysogoni. iohan
nis et pauli. cosme et da
miani. et omnium scorum

TUORUM QUORUM MERITIS
PRECIBUSQUE CONCEDAS UT
IN OMNIBUS PROTECTIONIS
TUAE MUNIAMUR AUXILIO·
PER XPM DNM NOSTRUM·
HANC IGITUR OBLATIONE SER
UITUTIS NOSTRAE SED ET CUNC
TAE FAMILIAE TUAE QS DNE UT
PLACATUS ACCIPIAS· DIESQUE
NOSTROS IN TUA PACE DISPONAS
ATQUE AB AETERNA DAMNATIO
NE NOS ERIPI ET IN ELECTORU
TUORUM IUBEAS GREGE NUME
RARI· PER XPM DNM NOSTRUM
QUAM OBLATIONEM TU DS IN
OMNIBUS QS BENEDICTAM·
ADSCRIPTAM. RATAM: RATI
ONABILEM ACCEPTABILEMQUE
FACERE DIGNERIS· UT NOBIS
CORPUS ET SANGUIS FIAT

DILECTISSIMI FILII TUI DNI<br>
NOSTRI IHU XPI QUI PRIDIE QUA<br>
PATERETUR ACCEPIT PANEM IN<br>
SCAS AC UENERABILES MANUS SUAS<br>
ELEUANS OCULOS IN CAELUM AD TE<br>
DM PATREM SUUM OMNIPOTEN<br>
TEM TIBI GRATIAS AGENS BE<br>
NEDIXIT FREGIT DEDIT DISCIPU<br>
LIS SUIS DICENS · ACCIPITE ET<br>
MANDUCATE EX HOC OMS · HOC E<br>
ENIM CORPUS MEUM · SIMILI<br>
MODO POSTEA QUAM CENATUM<br>
EST ACCIPIENS ET HUNC PRECLA<br>
RUM CALICEM IN SCAS AC UENE<br>
RABILES MANUS SUAS ITEM TIBI<br>
GRATIAS AGENS BENEDIXIT<br>
DEDIT DISCIPULIS SUIS DICENS ·<br>
ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES<br>
HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS<br>
MEI NOUI ET AETERNI TESTA

MENTI MYSTERIUM FIDEI QUI
PRO UOBIS ET PRO MULTIS EFFUN
DETUR IN REMISSIONEM PEC
CATORUM · HAEC QUOTIESCUQ:
FECERITIS IN MEI MEMORIA FA
CIETIS · UNDE ET MEMORES
SUMUS DNE NOS TUI SERUI SED
ET PLEPS TUA SCA XPI FILII TUI
qua
DNI NOSTRI TAM · BEATAE PAS uenerande nati
SIONIS NECNON ET AB INFE uitatis
RIS RESURRECTIONIS · SED
ET IN CAELOS GLORIOSAE AS
CENSIONIS OFFERIMUS PRE
CLARE MAIESTATI TUAE DE
TUIS DONIS AC DATIS ✝ HOSTIA
PURAM · ✝ HOSTIAM SCAM ✝
HOSTIAM INMACULATAM
PANEM SCM UITAE AETERNAE
✝ ET CALICEM SALUTIS PPETUAE SUPRA
QUAE PROPITIO AC SERENO

uultu respicere digneris
et accepta habere sicuti ac
cepta habere dignatus es
munera pueri tui iusti abel
et sacrificium patriarchae
nostri abrahae et quod tibi
optulit summus sacerdos
tuus melchisedech sc̄m sa
crificium inmaculatā hostiā
Supplices te rogamus omnipo
tens d̄s iube haec perferri
per manus angeli tui in sub
lime altare tuum in conspec
tum diuinae maiestatis
tuae· ut quotquot ex hac al
taris participatione sacro
sc̄m filii tui ✝ corpus ✝ et
sanguinem sumpserimus
omni benedictione caeles
ti et gratia repleamur p xpm eundē

Memento mei queso dne & miserere & licet hec sca indigne tibi sce pater omps eterne ds manibus meis offerantur sacrificia qui nec inuocare scm ac uenerabile nomen tuum dignus sum · sed qm in honore · laude · & memoria · gloriosissimi filii tui dni nri offeruntur · sicut incensu in conspectu diuine maiestatis tue cu odore suauitatis accendantur · p xpm

COMMEMORATIO DEFUNCTORŪ

NOBIS QUOQUE PECCATORIBUS
FAMULIS TUIS DE MULTITUDINE
MISERATIONUM TUARUM SPE
RANTIBUS PARTEM ALIQUA ET
SOCIETATĒ DONARE DIGNERIS
CUM TUIS SCIS APOSTOLIS ET MAR
TYRIBUS · CŪ IOHANNE STEPHANO
MATHIA · BARNABA · IGNATIO · ALE
XANDRO MARCELLINO PETRO
FELICITATE PERPETUA AGATHA
LUCIA · AGNE · CAECILIA · ANASTA
SIA ET CUM OMNIBUS SCIS TUIS
INTRA QUORŪ NOS CONSORTIŪ
NON AESTIMATOR MERITI SED
UENIAE QS LARGITOR ADMITTE ·
PER XPM DNM NOSTRUM

PER QUEM HAEC OMNIA DNE SE
PER BONA CREAS · SCIFICAS
UIUIFICAS BENEDICIS ET

Memento & iam famulorum famularumq. tuarum ill qui nos p̄cesserunt cum signo fidei & dormiunt in somno pacis · Ipsis & omnib; in quiescentib; locum refrigerii · lucis & pacis ut indulgeas dep̄camur ·

PRESTAS NOBIS· PER IPSUM ET CUM
IPSO ET IN IPSO EST TIBI DO̅ PATRI
OMNIPOTENTI IN UNITATE SP̅S SC̅I
OMNIS HONOR ET GLORIA· PER OM
NIA SECULA SECULORUM

OREMUS

PRECEPTIS SALUTARIBUS MONITI
ET DIUINA INSTITUTIONE
FORMATI AUDEMUS DICERE

PATER NOSTER
QUI ES IN CAELIS SCIFICETUR
NOMEN TUUM· ADUENIAT REG
NUM TUUM· FIAT UOLUNTAS TUA
SICUT IN CAELO ET IN TERRA· PANE̅
NOSTRUM COTIDIANUM DA NOBIS HODIE
ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA
SICUT ET NOS DIMITTIMUS DEBITORIB·

NOSTRIS. ET NE NOS INDUCAS IN TEMP
TATIONEM. SED LIBERA NOS A MALO.

LIBERA NOS QS DNE AB OMNIBUS MA
LIS PRETERITIS PRESENTIBUS
ET FUTURIS. ET INTERCEDENTE
BEATA ET GLORIOSA SEMPER UIR
GINE DI GENETRICE MARIA. ET
BEATIS APOSTOLIS TUIS PETRO
ET PAULO ATQUE ANDREA. DA
PROPITIUS PACEM IN DIEBUS
NOSTRIS. UT OPE MISERICOR
DIAE TUAE ADIUTI. ET A PECCA
TO SIMUS SEMPER LIBERI ET
AB OMNI PERTURBATIONE SE
CURI. PER DNM NRM IHM XPM FILIUM TUU
QUI TECU UIUIT ET REGNAT DS IN UNITATE
SPS SCI PER OMNIA SCLA SCLORU. AMEN.

PAX DNI SIT SEMPER UOBISCU. R. ET CU SPU TUO.

AGNUS DNI QUI TOLLIS PECCATA
MUNDI MISERERE NOBIS.

Nec n̄ et beato stephano prothomartyri tuo. s; et beato arnulfo c̄fessore tuo atq. pontifice cum omnib; scīs.

## UIIII KAL IAN ID EST DIE XXIIII MENSIS DECEMBRIS IN UIGILIA DNI

DS qui nos redemptionis nostrae annua exspectatione laetificas. praesta ut unigenitum tuum quem redemptorem laeti suscepimus, uenientem quoque iudicem securi uideamus. dnm nostrum ihm xpm filium tuum. qui tecum uiuit et regnat ds in unitate sps sci. per omnia secula seculorum.

## SUPER OBLATA

Da nobis qs omnipotens ds. ut sicut adoranda filii tui natalitia praeuenimus. sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. qui tecum uiuit et regnat ds in unitate sps sci.

## PRAEFATIO

VD aequum et salutare. nos tibi semper et ubique gratias agere. D ne sce pater omnipotens aeterne ds per xpm dnm nostrum.

Cuius hodie faciem in confessione praeuenimus.
et uoce supplici exoramus; ut superuenturae
noctis officiis. nos ita peruigiles reddat. ut sin
ceris mentibus. eius percipere mereamur natale
uenturum. In quo inuisibilis ex substantia tua.
uisibilis per carnem apparuit in nostra; tecumq;
unus non tempore genitus. non natura inferi
or ad nos uenit ex tempore natus; per quem
maiestatem tuam laudant angeli.

AD COMPLENDUM.

Da nobis dne qs. unigeniti filii tui recensita
natiuitate respirare. cuius caelesti myste
rio pascimur et potamur. per eundem dnm nrm.

AD UESPERAS.

DS qui humanae substantiae dignitatem et mi
rabiliter condidisti. et mirabilius reformasti.
da nobis qs eius diuinitatis esse consortes. qui
humanitatis nostrae fieri dignatus est par
ticeps. ihu xpi dni nostri qui tecum uiuit.

AD MATUTINAS.

DS qui per beatae mariae uirginis partum sine humana concupiscentia procreatum in filii tui membra uenientes paternis fecisti praeiudiciis non teneri · praesta qs ut huius creaturae nouitate suscepta · uetustatis antiquae contagiis exuamur · p eundem dnm nrm ·

## ITEM MISSA DE NOCTE

## STATIO AD SCAM MARIAM

DS qui hanc sacratissimam noctem ueri luminis fecisti inlustratione clarescere · da qs ut cuius lucis mysteria in terra cognouimus · eius quoque gaudiis in caelo perfruamur · qui tecum uiuit · et regnat ds in unitate sps sci · p omnia secula seculorum ·

## SUPER OBLATA

Accepta tibi sit dne qs hodiernae festiuitatis oblatio · ut tua gratia largiente · per haec sacrosca commercia in illius inueniamur forma · in quo tecum est nostra substantia · qui tecu ·

## PRAEFATIO ·

VD et iustum est aequum et salutare. nos
tibi semper et ubiq: gratias agere. D ne sce
pater omnipotens aeterne ds per xpm dnm
nostrum. Cuius diuinae natiuitatis potentiã
Ingenita uirtutis tuae genuit magnitudo.
Quem semper filium et ante tempora aeterna
genitum. quia tibi pleno atq: perfecto ae
terni patris nomen non defuit. praedicamus.
Hunc eni honore. maiestate. atq: uirtute aequa
lem tibi cum spu sco confitemur. & in trino uoca
bulo unicam credimus maiestatem. Et ideo cum
angelis & archangelis cũ thronis et dominationibus.

INFRA ACTIONEM.

Communicantes et noctem sacratissimam caele
brantes qua beatae mariae intemerata uir
ginitas huic mundo edidit saluatorem. sed et
memoriam uenerantes eiusdem gloriosae sem
per uirginis mariae genetricis di et dni nri
ihu xpi. sed et beatorum apostolorum.

AD COMPLENDUM.

Da nobis quaesumus domine deus noster · ut qui natiuitatem
domini nostri ihesu christi nos frequentare gaudemus ·
dignis conuersationibus · ad eius mereamur
peruenire consortium · qui tecum uiuit et
regnat deus in unitate spiritus sancti · per omnia secula
seculorum · ORATIO
AD MATUTINAS
Da quaesumus domine fidelibus tuis inuiolabilem fidei fir
mitatem · ut qui unigenitum tuum in tua te
cum gloria sempiternum in ueritate nostri
corporis natum de matre uirgine confitemur ·
et a praesentibus liberemur aduersis · et man
suris gaudiis inseramur · per eundem dominum nostrum ·
MISSA PRIMO MANE STA
TIO AD SANCTAM ANASTASIAM ·

Da quaesumus omnipotens deus · ut qui noua incarnati
uerbi tui luce perfundimur · hoc in nostro
resplendeat opere · quod per fidem fulget
in mente · per eundem dominum nostrum ihesum christum
filium tuum qui tecum uiuit et regnat deus in uni

tate sp̄s sc̄i · per omnia sc̄la sc̄lorū ·

SUPER OBLATA

Munera nostra q̄s dn̄e natiuitatis hodiernae mysteriis apta proueniant · ut sicut homo genitus idem refulsit ds̄ · sic nobis haec terrena substantia conferat · quod diuinum est · per eundem dn̄m nostrum ih̄m xp̄m filium tuū ·

PRAEFATIO

VD et iustum est aequum et salutare · Nos tibi semper et ubiq: gratias agere · Dn̄e sc̄e pater omnipotens aeterne ds̄ · Quia nostri saluatoris hodie lux uera processit · quae clara nobis omnia · et intellectu manifestauit et uisu · Et ideo cum angelis et archangelis · cum thronis et dominationibus · Cumque omni militia caelestis exercitus · hymnum gloriae tuae canimus sine fine dicentes · AD C

Huius nos dn̄e sacramenti semper nouitas natalis instaur& · cuius natiuitas singularis humanam reppulit uetustatē · ih̄u xp̄i dn̄i nr̄i · qui tecū uiuit ·

IN NAT DNI AD SCM PETRUM

ONCEDE QS OMNIPOTENS DS UT
NOS UNIGENITI
TUI NOUA



PER CARNEM
NATIUITAS
LIBERET QUOS
SUB PEC
CATI IUGO
UETUSTA
SERUITUS TENET
PER EUNDEM
DNM NOSTRUM
IHM XPM FILIU
TUUM QUI
TECUM
UIUIT ET REG
NAT DS
IN UNITATE
SPS SCI · PER OMNIA SCLA SCLORUM ·

SUPER OBLATA

OBLATA DNE MUNERA NOUA UNIGENITI
TUI NATIUITATE SCIFICA· NOSQ; A PECCA
TORUM NOSTRORUM MACULIS EMUNDA·
PER EUNDEM DNM NOSTRUM·

PRAEFATIO

VD ET IUSTUM EST AEQUUM ET
SALUTARE NOS TIBI SEM
PER ET UBIQ; GRATIAS AGE
RE· DNE SCE PATER OMNI
POTENS AETERNE DS· QUIA PER
INCARNATI UERBI MYSTERIUM NOUA
MENTIS NOSTRAE OCULIS LUX TUAE CLA
RITATIS INFULSIT· UT DUM UISIBILITER
DM COGNOSCIMUS· PER HUNC INUISIBILIU
AMORE RAPIAMUR· ET IDEO CUM ANGELIS
ET ARCHANGELIS CUM THRONIS ET DO
MINATIONIBUS· CUMQ; OMNI MILITIA
CAELESTIS EXERCITUS· HYMNU GLAE
TUAE CANIMUS SINE FINE DICENTES·

Communicantes et diem sacratissimum caele
lebrantes· quo beatae mariae intemerata
uirginitas huic mundo edidit saluatorem·
sed et memoriam uenerantes eiusdem sem
per uirginis mariae genetricis dī et dn̄i nos
tri ihū xp̄i· atq; beatorum apostolorum·

BENEDICTIO·

Benedicat uobis omnipotens dš· uestramq;
ad supernā excitet intentionem· qui hanc
sacratissimam diem natiuitate filii sui fecit
esse sollempnem; AMEN·

Et qui eum qui panis est angelorum· in praese
pi ecclesiae cibum fecit esse fidelium anima
lium· ipse uos et in presenti saeculo degus
tare faciat· aeternorum dulcedinem gau
diorum· et in futuro perducat ad sacietatē
aeternorum praemiorum· AMEN·

Quiq; eius infantiam uilibus uoluit indui pannis·
ipse uos caelestium uestimentorum induat or
namentis· AMEN·

Quod ipse praestare dignetur cuius regnum et
imperium sine fine permanet in secula seculo
rum. AMEN.

Benedictio dī patris et filii et sp̄s scī. Et pax
dn̄i sit semper uobiscum. Et cum sp̄u tuo.

AD COMPLENDUM.

Praesta q̄s omnipotens dś. ut natus hodie salua
tor mundi. sicut diuinae nobis generationis est
auctor. ita et inmortalitatis sit ipse largitor.
qui tecum uiuit et regnat dś in unitate sp̄s scī.
per omnia secula seculorum.

AD UESPERAS.

Omnipotens sempiterne dś. qui in filii tui dn̄i
nostri natiuitate tribuisti totius religionis
initium perfectionemq: constare. da nobis
q̄s in eius portione censeri. in quo totius salu
tis humanae summa consistat. qui tecū uiuit.

ITEM ALIA.

Dś qui es mundi creator et rector. da nobis in hac
die incarnationis uerbi tui. et partus sacrae

mariae uirginis pium celebrare consortium ·
ut qui per tuam gratiam sum̄ redempti · tua simus
protectione securi · per eundem dnm̄ nostrum ·

## IN NATALE SC̄I STEPHANI ORATIO AD MATUTINAS ·

Omnipotens sempiterne ds̄ · qui primitias martyrum in beati leuitae stephani sanguine dedicasti · tribue q̄s ut pro nobis intercessor existat · qui pro suis etiam persecutoribus exorauit · dnm̄ nostrum ihm̄ xp̄m filium tuum ·

## ALIA

DS qui nos unigeniti tui clementer incarnatione redemisti · da nobis patrocinia beati prothomartyris stephani continuata quib; capere ualeamus salutaris mysterii portionem · per eundem dnm̄

ALIA

DS qui beato leuitae stephano lapidantib; ueniā poscere tribuisti · q̄s ut bona pro malis reddere tuo possimus auxilio · qui primi martyris docemur exemplo · per dnm̄ nostrum ·

IN DIE AD MISSAM.



DA NOBIS QS DNE IMITARI QUOD COLIMUS UT DISCAMUS ET INIMICOS DILIGERE. QUIA EIUS NATALICIA CAELEBRAMUS. QUI NOUIT ETIAM PRO PERSECUTORIBUS EXORARE.

DNM NRM IHM XPM FILIUM TUUM. QUI TECUM UIUIT ET REGNAT DS IN UNITATE SPS SCI.

PER OMNIA SECULA SECULORUM.

SUPER OBLATA.

Suscipe dn͞e munera pro tuorum commemoratio
ne scorum. ut quos illos passio gloriosos. nos deuo
tio reddat innocuos. per dn͞m nostrum ih͞m xp͞m.

PRAEFATIO.

VD et iustum est aequum et salutare. nos
tibi semper et ubiq: gratias agere dn͞e
scte pater omnipotens aeterne ds. Beati
stephani leuitae simul et martyris natali
cia recolentes. qui [qui] fidei sacrae militi
ae. ac dispensationis et castitatis egregiae.
nec non praedicationis mirabilisq: constanti
ae. atq: confessionis. sed et patientiae nobis
exempla ueneranda proposuit; Et ideo na
tiuitatem filii tui. merito prae ceteris passio
nis suae festiuitate prosequitur. cuius gloriae
sempiternae primus martyr occurrit; [& ideo] per
xp͞m dn͞m nostrum. per quem maiestatem
tuam laudant angeli. et cetera.

BENEDICTIO

DS qui beatum stephanum prothomartyrem coronauit· et confessione fidei· et agone martyrii· mentes uestras circumdet· et in presenti seculo corona iustitiae· et in futuro perducat uos ad coronā gloriae· AMEN

Illius obtentu tribuat uobis d̅s et proximi caritate semper exuberare· qui hanc studuit etiam inter lapidantium impetus obtinere; AMEN

Quo eius exemplo roborati· et intercessione muniti· ab eo quem ille a dextris di̅ uidit stantem mereamini benedici· AMEN

Quod ipse praestare dignetur· qui cum patre et sp̅u sc̅o uiuit et gloriatur d̅s per omnia secula seculorum·

Benedictio di̅ patris et filii· et sp̅s sc̅i· Et pax dn̅i sit semper uobiscum·

AD COMPLENDUM

Auxilientur nobis dn̅e sumpta mysteria

et Intercedente beato stephano martyre
tuo sempiterna protectione confirmemur p.

P raesta q̄s omnipotens d̄s: ut beati protho ALIA
martyris tui stephani post natiuitatē dñi nr̄i
ihu xp̄i sollempnia recensentes et meritis ipsius
ptegamur et pcibus adiuuemur · p dnm · ALIA ·

M inistrantium tibi d̄s eruditor & rector qui ecclesi
ae tuae primordia beati leuitae stephani
ministerio et pretioso martyrii sanguine de
corasti · D a q̄s ut In excessu nostro ueniam
consequentes · mereamur exemplis eius im
bui · et Intercessionibus adiuuari · p dnm nr̄m ·

A L I A

P raesta q̄s omnipotens d̄s · ut ecclesia tua com
petenter post natiuitatem dni nostri ihu xp̄i
sollempnitate beati stephani gratuletur
quem primum cognouit confessum sui po
tentiam saluatoris · per dnm nostrum ·

UI · KAL IAN · ID E XXUII DIE M
DEC NATL SCI IOHS EUANGELISTE ·



ECCLESIAM TUAM DNE
BENIGNUS INLUSTRA·
UT BEATI IOHANNIS
EUANGELISTAE IN
LUMINATA DOCTRINIS·
AD DONA PERUENIAT
SEMPITERNA· PER
DNM NOSTRUM IHM
XPM FILIUM TUU QUI
TECUM UIUIT ET REGNAT
DS IN UNITATE SPS SCI· PER OMNIA
SECULA SECULORUM·

SUPER OBLATA·

SUSCIPE MUNERA DNE QUAE IN EIUS
TIBI SOLLEMPNITATE DEFERIMUS·
CUIUS NOS CONFIDIMUS PATROCINIO
LIBERARI PER DNM NOSTRUM·

PRAEFATIO·

VD ET IUSTUM EST AEQUUM ET SA
LUTARE· NOS TIBI SEMPER

et ubiq; gratiaſ agere · D ne ſce pater omni
potenſ aeterne dſ · B eati apoſtoli tui et eu
angeliſtae iohanniſ · ueneranda natalitia
recenſenteſ · qui dni noſtri ihu xpi filii tui uo
catione ſuſcepta · terrenum reſpuit patrem ·
ut poſſet inuenire caeleſtem ; A deptuſ in
regno caelorum ſedem apoſtolici culminiſ ·
qui tantum retia carnalia contempſerat ge
nitoriſ ; Q uiq; ab unigenito tuo ſic familiari
ter eſt dilectuſ · et inmenſae gratiae · tue mune
ribuſ adprobatuſ · ut eum idem dnſ in cruce
iam poſituſ · uicarium ſuae matri uirgini
filium ſubrogaret ; Q uatenuſ beatae gene
tricis integritati · probati dilectiq; diſcipuli
uirginitaſ deſeruiret ; N am et in caenae
myſticae ſacroſco conuiuio · ſuper ipſum ui
tae fontem aeternum ſcilicet pectuſ · recu
buerat ſaluatoriſ ; de quo perhenniter ma
nantia caeleſtiſ haurienſ fluenta doctri
nae · T am profundiſ ac myſticiſ reuela

tionib; est inbutus · ut omnem transgrediens
creaturam · excelsa mente conspiceret · et
euangelica uoce proferret · quod in prin
cipio erat uerbum · et uerbum erat apud
dm̄ et ds̄ erat uerbum; Et ideo cum angelis
et archangelis cum thronis et dominatio
nibus · Cumq; omni militia caelestis exer
citus · hymnum gloriae tuae canimus sine
fine dicentes · BEDICTIO

Omnipotens ds̄ dignetur uobis per interces
sionem beati iohannis apostoli et euange
listae benedicere · qui per eum archana
uerbi sui uoluit ecclesiae suae reuelare ·
AMEN ·

Concedat uobis · ut quod ille sp̄s sc̄i munere
afflatus uestris auribus infudit · eiusdem
sp̄s dono capere mente ualeatis AMEN ·

Quo eius documento de diuinitate nostri re
demptoris edocti · et amando quod tradidit ·
et praedicando quod docuit · et exsequendo qđ

iussit · ad dona peruenire mereamini · quae idem ihs xps dns noster repromisit · AMEN ·

Quod ipse praestare dignetur · qui cum patre et spu sco uiuit et gloriatur ds per omnia secula seculorum · AMEN

Benedictio di patris et filii et sps sci · et pax dni sit semper uobiscum · AD COMPLEND ·

Refecti cibo potuq; caelesti ds noster · te suppli ces deprecamur · ut In cuius haec commemo ratione percepimus · eius muniamur et pre cibus · per dnm nostrum ihm xpm filium tuu ·

AD UESPERAS UNDE SUPRA

Beati iohannis euangelistae qs dne supplica tione placatur · et ueniam nobis tribue · et remedia sempiterna concede · per dnm ·

ALIA ·

Beati euangelistae · iohannis dne precibus ad iuuemur · ut quod possibilitas nostra non optinet · eius nobis Intercessione donetur · per dnm nostrum · ALIA ·

Sit q̄s d̄ne beatus iohannes euangelista nostrę
fragilitatis adiutor. ut pro nobis tibi suppli
cans copiosius audiatur. per d̄nm. ALIA

DS qui per os beati apostoli tui iohannis uerbi tui
nobis archana reserasti. praesta q̄s ut quod
ille nostris auribus excellenter infudit. in
tellegentiae competentis eruditionem ca
piamus. per d̄nm nostrum. ALIA

Omnipotens sempiterne d̄s. qui huius diei ue
nerandam sc̄amq; laetitiam beati apostoli
tui iohannis euangelistae festiuitate tribu
isti. da ecclesiae tuae q̄s. et amare quod cre
didit. et praedicare quod docuit. per d̄nm n̄rm.

V. KL IAN XXIII DIE M̄ DECEMB
NATAL INNOCENTŪ.



DS cuius hodierna die p̄conium innocentes
martyres non loquendo sed moriendo
confessi sunt. omnia in nobis uitiorum
mala mortifica. ut fidē tuā quā lingua
n̄ra loquitur. etiam moribus uita fateatur.

per dnm nostrum · SUPER OBLATA

Scorum tuorum nobis dne pia non desit oratio que
et munera nostra conciliet · et tuam nobis indul
gentiam semper optineat · per dnm · PRAEFATIO

VD usq: aeterne ds · Et in pretiosis mortibus par
uulorum quos propter saluatoris nri infantiam
bestiali saeuitia herodes funestus occidit; inmensa
clementiae tuae dona praedicare · in quib; fulget sola
magis gratia quam uoluntas · Et clara est prius confes
sio quam loquela; Ante passio quam membra idonea
passioni; Existunt testes xpi · qui eius nondum fuerant
agnitores; O infinita benignitas · o ineffabilis
misericordia · que pro suo nomine trucidatis meritum
gloriae perire non patitur · sed proprio cruore perfusis &
salus regenerationis adhibetur · & inputatur coro
na martyrii · & ideo · AD COMPLENDUM

Votiua dne dona percepimus que scorum nobis precib; & presentis qs
uitae pariter & aeternae tribue conferre subsidium · per · ALIA

Ds qui licet sis magnus in magnis mirabilia tamen gloriosius ope
raris in minimis · da nobis qs in eorum celebritate gaudere ·

qui filio tuo dn̄o nostro testimonium praebu
erunt. etiam non loquentes· per dn̄m nr̄m·

ITEM ALIA

O mnipotens sempiterne ds̄ pro cuius unigeniti
ueneranda infantia· infantum innocentum ca
teruas herodis funesta peremit seuitia· quiq;
dedisti eis ut unicum filium tuum dn̄m nostrū
non loquendo sed moriendo confiterentur·
da nobis qs̄ fidē ueram quam lingua nostra fa
tetur. etiam mores probi et uita inculpabilis
fateatur· quo peruenire ad gaudia aeternae pa
triae mereamur· per dn̄m nostrum·

OR̄ IN VIḠ OCTAVIS DN̄I AD VESPER̄·

P raesta qs̄ dn̄e· ut mysterium quod saluato
ris nostri repetita sollempnitate celebra
mur· perpetuae nobis redemptionis conferat
medicinā· per eundē· AD MATUTINAS·

P raesta qs̄ dn̄e· ut per hoc festum quod dn̄i nos
tri ih̄u xp̄i archanae natiuitatis mysterio geri
mus purificate mentis intellegentiā cōsequam̄· pe

IN OCTABAS DNI AD SCAM
MARIAM



DS QUISALUTIS
aeternae beatae
mariae uirginitate
fecunda humano ge
neri praemia presta
tisti · tribuae qs · ut
ipsam pro nobis inter
cedere sentiamus · per
quam meruimus auctore
uitae suscipere · dnm nostrum ihm xpm fili
um tuum · qui tecum uiuit et regnat ds in uni
tate sps sci · per omnia secula seculorum ·

SUPER OBLATA

Muneribus nostris qs dne · precibusq: susceptis · &
caelestibus nos munda mysteriis · et clemen
ter exaudi · per dnm · PRAEFATIO ·

VD et iustum est aequum et salutare · nos
tibi semper et ubiq: gratias agere ·

D ne sce pater omnipotens aeterne ds per xpm
dnm nostrum · C uius hodie circumcisionis die
et natiuitatis octauum caelebrantes · tua dne
mirabilia ueneramur · quia quae peperit · et
mater et uirgo est · qui natus ē et Infans et ds ē ·
M erito caeli locuti sunt · angeli gratulati · pas
tores laetati · magi mutati · reges turbati ·
paruuli gloriosa passione coronati · et ideo ·

BENEDICTIO

O mnipotens ds cuius unigenitus hodierna die
ne legem solueret quam adimplere uenerat ·
corporalem suscepit circumcisionem · spiri
tali circumcisione mentes uestras ab omnibus
uitiorum incentiuis expurget · et suam in
uos infundat benedictionem · AMEN
E t qui legem per moysen dedit · et per media
torem nostrum benedictionem daret · exu
at uos mortificatione uitiorum · et faciat
per seuerare in nouitate uirtutum · AM
Q uo sic in senarii numeri perfectione in hoc

seculo uiuatis & in septenario inter beatorum spi
rituum agmina requiescatis · quatenus in oc
tauo resurrectione renouati iubelei remissi
one ditati · ad gaudia sine fine mansura per
ueniatis · **AMEN**

Quod ipse praestare dignetur · qui cum patre
et spu sco uiuit et gloriatur ds per omnia scla
seculorum **AMEN**

Benedictio di patris et filii · et sps sci · et pax
dni sit semper uobiscum **AD COMPLEND**

Haec nos communio dne purget a crimine · &
caelestis remedii faciat esse consortes · p dnm ·

**AD UESPEROS**

DS qui nobis nati saluatoris diem caelebrare con
cedis octauum · concede qs eius nos perpetua
diuinitate muniri · cuius sumus carnali com
mertio reparati · per eundem dnm nostrū ·

**ITEM ALIA ·**

Omnipotens sempiterne ds qui in unigenito tuo
nouam creaturam nos tibi esse fecisti · custodi

opera misericordiae tuae · et ab omnibus nos ma
culis uetustatis emunda · ut per auxilium gratię
tuae in illius inueniamur forma in quo tecum ē
nostra substantia · qui tecum uiuit · ORATI
O IN DOMINICA DIE DICENDA ·
Omnipotens sempiterne ds · dirige actus nostros
in beneplacito tuo · ut in nomine dilecti filii tui
mereamur bonis operibus habundare · per eundē
dnm nostrum · ALIA
Vota qs dne supplicantis populi caelesti pietate
prosequere · ut et quae agenda sunt uideant
et ad implenda quae uiderint conualescant · p ·
H IN UIG EPHYPHANIA AD UESPER
DS cuius unigenitus in substantia nrae carnis apparu
it praesta qs ut per eum quem similem nobis foris agnouimus
intus reformari mereamur · per eundē · ALIA
Omps sempitne ds fidelium splendor animarum · qui
hanc sollempnitatē electionis gentium primitiis
consecrasti · imple mundum gloria tua & subditis tibi
populis per luminis tui appare claritatē · per dnm ·

VIII ID IAN N EPHYPHANIA STATIO AD SCM PETRUM



DS QUI HODIERNA DIE
unigenitum tuum gentibus stella duce revelasti. concede propitius. ut qui iam te ex fide cognovimus. usq: ad contemplandam speciem tuae celsitudinis perducamur. per eundem dnm nostrum ihm xpm filium tuum. qui tecum vivit et regnat in unitate sps sci. per omnia secula seculorum. SUPER OBLATA

Ecclesiae tuae qs dne dona propitius intuere. quibus non iam aurum. thus. et myrra profertur. sed quod eisdem muneribus declaratur. immolatur. et sumitur. p dnm nrm.

VD et iustum est aequum et salutare. nos tibi semper et ubiq: gratias agere.

D ñe sc̄e pater omnipotens aeterne ds̄. Q uia cum
unigenitus tuus in substantia nostrae mortali
tatis apparuit. Innoua nos inmortalitatis su
ae luce reparauit. Et ideo cum angelis et ar
changelis. cum thronis et dominationibus.
cumq; omni militia caelestis exercitus. hym
num gloriae tuae canimus sine fine dicentes.

INFRA ACTIONEM.

C ommunicantes. et diem sacratissimum cae
lebrantes quo unigenitus tuus in tua tecū glo
ria coaeternus in ueritate carnis nostrae ui
sibiliter corporalis apparuit. sed et memoriā
uenerantes. BENEDICTIO

DS lumen uerum qui unigenitum suum hodierna
die stella duce gentibus uoluit reuelare.
sua uos dignetur benedictione ditare. AM
Q uo exemplo magorum mystica dño ihu xpo mu
nera offerentes. spreto antiquo hoste. spre
tisq; contagiis uitiorum. ad aeternam patriā
redire ualeatis per uiā uirtutum. AM.

O et q: uobis ueram mentium Innocentiam · qui
super unigenitum suum spm scm demonstrari
uoluit per columbam · ea q: uirtute mentes
uestrae exerceantur ad intellegenda diuinae
legis archana · qua In chana galileae lymphae
In uinum conuersa · AMEN ·
Quod ipse praestare dignetur · cuius regnum
et Imperium sine fine permanet In secula se
culorum · AMEN
Benedictio di patris et filii et sps sci · et pax dni sit
semper uobiscum · AD COMPLENDU
Praesta qs omnipotens ds · ut quae sollempni
caelebramus officio · purificatae mentis In
tellegentia consequamur · p dnm · AD UESP ·
Ds cuius unigenitus In substantia nrae carnis
apparuit · praesta qs · ut per eum quem si
milem nobis foris agnouimus · Intus refor
mari mereamur · p dnm · ORATIONES
UNDE SUPRA
Da nobis qs dne digne caelebrare mysterium ·

quod in nostri saluatoris infantia miraculis co
ruscantibus declaratur · et corporalibus incre
mentis manifesta designatur humanitas ·
per eundem dnm · ALIA

Praesta qs omnipotens ds · ut saluatoris mundi
stella duce manifestata natiuitas mentibus
nostris reueletur semper et crescat · per eund ·

ALIA

Inlumina qs dne populum tuum · et splendore
gloriae tuae cor eius semper accende · ut sal
uatorem suum · et incessanter agnoscat · et
ueraciter adprehendat · qui tecum uiuit ·

ALIA

Annue nobis qs omnipotens ds ut sicut scrutan
tibus magis hodie latenter est cognitus dns
ihs xps · et adoratus a cunctis gentibus · ita et
nostris sensibus manifestatus adueniat · et omni
homini innotescat · qui tecum uiuit · ALIA

DS qui hodie electionis gentium primitias conse
crasti · et per luminis tui stellam manifestum

te nobis ostendisti · tribue q̄s ut noua caelorū
lux mirabili claritate in nostris semper cordi
bus oriatur · per dnm · ALIA

T ribue q̄s omnipotens ds · ut sicut omnes nationes
ueniunt gaudentes adorare xp̄m regē dnm
natum · ita et haec preclara lux habitet sem
per in uobis · p eundem dnm · ALIA

O mnipotens sempiterne ds qui uerbi tui incar
nationem preclari testimonio sideris indicas
ti · quod uidentes magi oblatis maiestatē tuā
muneribus adorauerunt · concede ut semp
in mentibus nostris tuae appareat stella iusti
tiae · et noster in tua sit confessione thesaurus ·
per eundem dnm nr̄m ·

ALIA ORATIO AD MATUTIN ·

P raesta q̄s dne mentibus nostris cum exultati
one profectum · ut beati sebastiani martyris
tui · cuius diem passionis annua deuotione reco
limus · etiam fidei constantiam subsequamur ·

ITEM ALIA AD UESPEROS ·

Auxilium qs dne maiestatis tuae nobis tribue. ut
quicquid actibus nostris non meremur accipe
re. beati sebastiani martyris tui precibus asse
quamur. per dnm nrm ihm xpm filium tuu.

XIII KAL FEBRUARII NA
TALE SCI SEBASTIANI

DS qui beatum sebastianum martyrem
tuum uirtute constantiae in passione
roborasti. ex eius imitatione tribue
pro amore tuo prospera mundi despi
cere. et nulla eius aduersa formidare.
per dnm nostrum ihm xpm filium tuum.

SUPER OBLATA.

Accepta sit in conspectu tuo dne nostra deuoti
o. et eius nobis fiat supplicatione salutaris.
pro cuius sollemnitate defertur. p dnm.

PRAEFATIO.

VD et iustum est aequum et salutare. Nos
tibi semper et ubiq: gratias agere. Dne
sce pater omnipotens aeterne ds. Q mm marty

ris beati sebastiani pro confessione nominis
tui · uenerabilis sanguis effusus simul et tua
mirabilia manifestat · quo perficis in infir
mitate uirtutem · et nostris studiis dat pro
fectum · et infirmis apud te prestat auxilium ·
per xpm dnm nrm · AD COMPLENDU ·
Sacro munere satiati supplices te dne depre
camur · ut quod debitae seruitutis celebra
mus officio · intercedente beato sebastiano
martyre tuo · saluationis tuae sentiamus
augmentum · per dnm ihm xpm filium tuum ·
OR IN UIG YPPOPANTI AD UESPER ·
Beatae et semper uirginis mariae qs dne interuen
tionibus subleuemur · cuius sollempne puri
ficationis diem exultabilem nobis celebri uoto
excipere praeparamur · p dnm · AD MATUTIN
Sca semper uirgo omnips dne pro nobis interue
niendo apud clementiam tuam copiosius au
diatur · que filium tuum dnm nrm legali institutu
one hodierna die humanis optutib; studuit psenta
re · per eundem dnm nostrum ihm xpm ·

IIII NON FEBRI DIE II MENSIS
YPPOPANTI AD SCAM MARIAM
COLLECTA AD SCM ADRIANUM

Erudi dne qs plebem tuam · et quae extrinsecus annua tribuis deuotione uenerari · interius adsequi gratiae tuae luce concede · per dnm nostrum ihm xpm filium tuum ·

AD MISSAM AD SCAM MARIAM



Omnipotens sempiterne ds maiestatem tuam supplices exoramus · ut sicut unigenitus tuus filius hodierna die cum nostrae carnis substantia in templo est presentatus · ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari · per eundem dnm nostrum ·

SUPER OBLATA

Exaudi dn̄e preceſ noſtraſ. et ut digna ſint mu
nera quae oculiſ tuae maieſtatiſ offerimuſ
ſubſidium nobiſ tuae pietatiſ impende. p dn̄m.

PRAEFATIO

VD et iuſtum eſt aequum et ſalutare
noſ tibi ſemper et ubiq; gratiaſ agere.
Dn̄e ſc̄e pater omnipotenſ aeterne dſ
per xp̄m dn̄m noſtrum. Quem uirgo conci
pienſ uirgo in partu caſto pudori conſcia. et
poſt partum uirgo permanſit. Quem iohan
neſ necdum genetriciſ utero editum clauſuſ
adhuc uiſcere materno. ut profetico ſpū tactuſ
exultationiſ ſenſit affectu. et inſequenti pluſ
quam propheta digito oſtendit. In huiuſ er
go praeconio zachariaſ officio oriſ reddito pro
fetauit. et eliſabeth paritura fructum uir
giniſ benedixit. Hunc namq; in templo ho
